

## COMPITI ESTIVI 2018/19 PER LA CLASSE 1 L

PROF.SSA ANTONELLA CROSTA

### ITALIANO

Per tutti gli alunni lettura dei seguenti testi letterari

Sofocle, Antigone

R. Harris, Imperium

F. Cascini, Storia di un giudice

### LATINO

Ripasso del programma svolto e svolgimento di

- 8 versioni a scelta tra quelle allegate PER GLI STUDENTI SENZA DEBITO
- tutte le versioni/esercizi allegati PER GLI STUDENTI CON DEBITO

**Traduci in italiano.**

1. Arduum est cum viro sapienti doctrinā contendere.

.....  
.....

2. P. Decius ardenti animo mortem pro patria oppetivit.

.....  
.....

3. Exposcentibus militibus Caesar tubā signum pugnae dedit.

.....  
.....

4. Dareus, adversus Alexandrum pugnaturus, paene innumerabilem militum numerum comparaverat.

.....  
.....

5. Vetusto Macedonum more regi sacrificanti aderant nobiles pueri.

.....  
.....

6. Cur non paruisti auxilium praebentibus?

.....  
.....

7. Nullum periculum timentes Galli in hostes irruerunt.

.....  
.....

8. Graeci Troiam captam ferro ignique deleverunt.

.....  
.....

9. Ciceronis oratio animos audentium delectavit.

.....  
.....

10. Aedes sacras incendio absumptas Augustus refecit.

.....  
.....

11. Acriter pugnatum est, pulsique Romani equites terga verterunt.

.....  
.....

12. Samnites Romanos apud Furculas Caudinas angustiis locorum conculsos ingenti dedecore vicerunt.

.....  
.....

13. Tres nobiles Haedui capti ad Caesarem perducuntur.

.....  
.....

14. Adversā pugnā subacti, Veientes pacem petitem oratores Romam mittunt.

.....  
.....

15. Omnia ventura in incerto iacent.

.....  
.....

### **Meleagro**

Meleager ab Althaea, Thestii filia, et Oeneo, Aetoliae rege, generatus est: tum in regia titio ardens apparuit. Huc Parcae venerunt et Meleagro fata cecinerunt: «Meleager tamdiu vivet, quamdiu titio incolumis erit».

Althaea, titionem in arca diligenter servans, de filii vita non timebat. Interim ob iram Dianae, quia sacra annua deae ab Oeneo facta non erant, ager Calydonius ab apro mirae magnitudinis vastatus est. Sed Meleager cum dilectis iuvenibus, inter quos matris fratres erant, ferum animal agitaverunt et, apro interfecto, agrum Calydonium vastatione liberaverunt. Meleager apri pellem Atalantae virgini, quem valde amabat, donavit.

Tum iuvenes et avunculi, qui Meleagro venationi intererant, pellem eripere studuerunt. Atalanta Meleagri auxilium imploravit; ille cum amicis cognatisque contendit, avunculique eius occisi sunt. Tanto facinore nuntiato, Althaea mater, memor Parcarum praecepti, titionem ex arca deprompsit atque in ignem coniecit. Ita pro fratribus poenas capiens, filium ad mortem perducit.

### **Le rane vogliono un re**

Magno clamore regem ranae a Iove petiverunt, quia nimis iurgiosae erant et iudicem requirebant. Pater deorum risit et miram petitionem explevit. Itaque e caelo parvum tigillum, ut (*come*) ranarum regem, demissum est. Initio pavidum genus animalium fragore territum est et novus rex valde timebatur. Deinde paulatim timor positus est et omnes ranae certatim ad lignum

adnataverunt et in trabe consederunt. Postremo turba ranarum magna cum petulantia dominum omni iniuria laesit et a Iove novum poposcit principem. Tum a Iove hydrus missus est, qui dentibus asperis magnum ranarum numerum corripuit et voravit. Ita a patre deorum insolentia stultorum animalium punita est

### Una vittoria di Cesare

Media nocte Caesar cum omnibus copiis castris excedit et iter ad flumen facit. Hoc ab hostibus animadvertitur et prima luce nostri copias hostium pedestres in colle vident. Tum Caesar, ad latera peditatus (*della fanteria*, gen. sing.) equitibus collocatis, militum animos paucis verbis ad pugnam incitat: «Milites, omnis salus civitatis Romanae in virtute nostra est; fortibus victoria erit». Hostes, primum sinistro deinde dextro legionis latere carpto, postremo reliquos ordines oppugnant. Longa et acris pugna pugnatur, crebra vulnera sunt. Non terrentur nostri ingentibus hostium corporibus magnisque clamoribus. Comminus pugnantes, brevi tempore hostes ex omnibus partibus superantur. Dux hostium captus in catenas conicitur.

### Traduci in italiano.

1. Vita rustica a poetis laudatur.

.....  
.....

2. Laudabimini, pueri, si magna cum diligentia a vobis officia vestra praestaveritis.

.....  
.....

3. Probus Galliam, quae a barbaris occupata erat, imperio Romano restituit.

.....  
.....

4. Mortuorum turba aurea virga a Mercurio coercebatur.

.....  
.....

5. Qui prava consilia viris probis dant, et perdunt operam et deridentur turpiter.

.....  
.....

6. In silva Hercynia beluae sunt, quae in reliquis locis numquam visae sunt.

.....  
.....

7. Interdum non facile honesta a turpibus discerni atque distingui possunt.

.....  
.....

**8.** Statuae consulibus ob meritum victoriae in rostris positae sunt.

.....  
.....